

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula I. Omnis differentia habet aliquam sibi oppositam differentiam

urn:nbn:de:bsz:31-102400

DISPUTATIO XIII.

continens

REGULAS XII.

pertinentes ad doctrinam

DIFFERENTIÆ.

Titulo Generis & Speciei subjungimus illud, qui *Differentiam* completitur, cum tres hi termini perpetuam quasi familiaritatem inter se sint conjuncti. Dividit enim Genus differentia, & constituit Speciem, adeoque fieri nequit, illorum trium unum sine altero unquam ut reperiatur.

REGULA I.

Omnis differentia habet aliquam sibi oppositam differentiam. VI. Top. Cap.

VI. §. 2.

I. *Omne genus oppositis differentiis dividitur* inquit *ibid.* Aristoteles. Atqui, inquis, *substantiarum differentie non sunt opposita*: quod probatur, quia nec relativè, nec privativè opponuntur, nec contradictoriè, nec contrariè. Non relativè: quia cum substantiæ sine entibus absoluta, etiam differentie illarum esse entibus absoluta debent. Non privativè, nec contrariè.

dico

dictorie
rentia es
denique
est cont
dic Sub
II. F
I. Stricti
tele Cap
contra
ria. Et
differen
Larius,
quomo
storele
ptioner
differen
rum dif
III.
neris di
dictorie
ria imp
dictorie
tionale
rationa
negatio
quod a
tur, qu
rentia a

distoriè: quia sic aliqua substantiarum differentia esset negativa, quod fieri nequit. Nec denique ut contrariæ: quia substantius nihil est contrarium, ut habet Philosophus in *predic. Substantie*.

II. R. I. Opposita sumuntur dupliciter I. *strictius*, prout in quatuor species ab Aristotele *Cap. X Categ.* rediguntur, nempe relativè, contradictoriè, privativè opposita & contraria. Et hanc juxta acceptionem non omnes differentias esse oppositas concedimus. II. *Latius*, prout & disparata comprehendunt: quomodo accipiuntur opposita ab ipso Aristotele *c. XIII §. 2 Categ.* Et juxta hanc acceptionem omni differentie opponitur alia differentia: quemadmodum & substantiarum differentie ut disparata opponuntur.

III. R. II. Quando sunt dux alicujus generis differentie, quamvis non sint contradictorie formaliter, sunt tamen contradictorie implicitè, quatenus ad terminos contradictorios redigi possunt: ut rationale & irrationale. Quando enim animal dividitur in rationale & irrationale, licet rationale non sit negatio contradictoria, quia tamen ex eò, quod aliquod animal irrationale est, sequitur, quod sit non rationale, ideo illæ differentie ad contradictoria referri possunt.